



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XIX. De Castro Balga.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Hermannus de Saltza IV. Mag. Gen. Ord. Teutonici.  
Hermannus de Balke I. Magister Prussiae Provincialis

(b) Balgam arcem jam temporibus Boleslai I. Regis Poloniae fuisse conditam, & à dicto Boleslao destructam, tradit Joannes Dlugossius l. 2. *Annal. Polon. ad an. 1015. pag. 153.* Sed intelligenda est alia arx eo in loco sita, ubi postea Balga ab Ord. Teutonici fratribus est condita. Balgam enim Chronicon cujusdam Anonymi à Germanis ita dictam esse vult, *dierteil es dassir manchen Balg gefostet.* Quidam existimant Balgam vetustioribus temporibus dictam fuisse Honnedam. Henneb. in *Comment. ad Tab. Geogr. Prussia. tit. Balga.* Sed Schuzius Honnedam ibi ponit, ubi nunc oppidum Holland *lib. 1. Chron. fol. 20. a.*

## CAP. XIX.

De

## Castro (a) Balga.

Anno 1239.

2. Sam. 11.  
25.

Alditâ hac lugubri relatione Magister ultra id quod credi potest fuerat perturbatus, sed proposito sibi Exemplo David, qui principem militiæ suæ Joab nimis dolentem de morte suorum quasi increpans ait: Nonte moveat Res ista, varius est eventus belli, nunc istum, nunc illum occidit gladius. Conforta bellatores tuos, & exhortare eos, ut destruant Regni invasores. Tandem consolatus misit exercitum magnum, navigio ad vindicandam injuriam occisorum qui venientes ad littus Balgæ exierunt & positis sagittariis ad loca competentia, Scalisque applicatis ad moenia dictum castrum Pruthenorum viriliter sunt aggressi, & cooperante (b) ipsorum Codruno Capita-

An. Domini M. CCXXXIX.  
corona spinea Domini per Ludovicum Regem Francie de Constantinopoli Parisios est translata.

Eodem anno gens Tartarorum Orientis plagæ Ungariam & Poloniam intraverunt ibique in bello Colmanum fratrem Regis Hungariae & Henricum Ducem Poloniae & reliquum vulgus quod invenire poterant occiderunt & terras illas redegerunt in solitudinem ita ut multi pulvere cujusdam montis profarina uterentur.

neo

*Hermannus de Saltza IV. Ord. Tent. Magister Generalis.  
Hermannus de Balke I. Magister Provincial. Prussie.*

neo obsessorum violenter expugnaverunt partim hominibus captis, aliis trucidatis; quo facto, Fratres DEO gratias referentes dictum castrum An. Dn. MCCXXXIX. cum suis armigeris inhabitabant, & ibi contra dictos Pruthenos praelia Domini Dei exercituum gloriosius praeliabantur.

ANIMADVERSIONES.

(a) Vid. Animadversiones in Caput proxime præcedens.

(b) Podavv nominatur à Thoma Waisselio pag. 51.

CAP. XX.

De

*Obsidione Castri de Balga.*

*Hoc eo lem anno  
vertit die Ju-  
ni in meridie  
fuit Ecclipsis  
solis maxima ut  
etiam stella pos-  
sent videri sic  
ut in crepusculo.*

Quod cum ad aures Pruthenorum deveniret, Pyopso quidam Pruthenus Capitaneus Warmiensium, congregata omni potentia exercitus sui, dictum Castrum Balgam obsedit, & quia caput fuit aliorum, ipse ut Dux belli præ aliis in praelio se voluit ostentare & appropinquans cujusdam fratris telo percussus in terram decidens exspiravit, de quo facto alii perterriti infecto negotio recesserunt.

CAPUT XXI.

De

*Ædificatione Molendini & destru-  
tione ipsius.*

Hoc tempore plures nobiles & potentes Viri de Warmia videntes DEUM pro fratribus pugnare compuncti sunt, & cum